95

# Ex Romæ

Summus Pontifex, satis decenti ap=paratu, cum omnibus Cardinalibus præsentibus Romæ, accinctus jam quasi erat, itineri Bono=niam eundi. Erat designatus Cardinalis, qui satis splendidè Legatus ad Cæsarem iturus erat, postea tamen hæc in silentium transierunt, nonnulli credunt in causa esse, quod Cæsar petiit à Pontifice Romano, ut sibi concederet, ad Cen=tum Annorum spatium, dispositionum benefi=ciorum, omnium Ecclesiarum in Regnis, et Do=minÿs suis, et præcipuè in Hispania. quæ res mirum in modum commovit, et turbavit animũ Pontificis. Ajunt etiam quod Fœdus Novum, aut percussum sit, aut percuti debeat inter Pon=tificem, Gallum, Regem Angliæ, et Venetos. Qua=re et Germania, ægrè carebit tumultibus, et mo=tibus forsan bellicis, et dissensionibus majori=bus, quam antea, sed Ver novum, novi aliquid pariet. Romanus Pontifex ab Imperatore Florentinorum, Ducatum pro Nepote suo pe=tit. Et vicissim Placentiam, et Perusium

et Perusium, cum Quindecies Centenis Milli=
=bus Ducatorum. Cæsari pro isto offert —

1526